

‘Regem antiqui Saxones non habebant, sed per pagos satrapas<sup>1</sup> constitutos, morisque erat, ut semel in anno generale consilium agerent in media Saxonia iuxta fluvium Wisuram ad locum qui dicitur Marklo. Solebant ibi omnes in unum satrapae convenire, ex pagis quoque singulis duodecim electi nobiles totidemque liberi totidemque lati. Renovabant ibi leges, praecipuas causas adiudicabant, et quid per annum essent acturi sive in bello sive in pace, communi consilio statuebant. — Igitur advenerat dies statuti concilii; advenerunt satrapae, assunt et alii, quos adesse oportebat. Tunc in unum conglobati fecerunt iuxta ritum inprimis supplicationem ad deos, postulantes tuitionem deorum patriae suae, et ut possent in ipso conventu statuere sibi utilia et quae forent placita omnibus diis. Deinde disposito grandi orbe concionari ceperunt’.

Gegenüber Hukbald entfallen einmal die Nithard entnommenen Angaben über die Namen der Sächsischen Stände; sodann lässt Hukbald nur die Vertreter der drei Stände nach Marklo kommen, vergisst aber, auch die Gaufürsten als Teilnehmer der Versammlung zu nennen, wie es nach seiner Vorlage hätte geschehen müssen, die auch alle Zweifel über die Zahl der Gewählten (3 mal 12, nicht 3 mal 4 aus jedem Gau) beseitigt. Dass die Bedenken gegen eine Versammlung von Vertretern aller Sachsen dieselben bleiben wie gegenüber Hukbald, bedarf keiner Hervorhebung.

---

1) Die kleiner gedruckten Worte sind Bedas Hist. eccl. V, 10 entnommen. — Das einfache ‘e’ der Hss. des 15. Jh. ersetze ich in üblicher Weise in den Endungen der 1. Deklination und in ‘prae’ durch ‘ae’.

---